



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

21. Tria præcepta primæ tabulæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SYMBOLUM 21.

Tria præcepta primæ tabulæ

*Ego sum Dominus Deus tuus &c.*

*Non affumes nomen Domini Dei tui in Vanum.*

*Memento ut diem Sabbati sanctifices.*

**M**onte Synâ primæ lex exarata tabellæ,  
Quâ ratione Trias sit veneranda, docet.  
Summa sit hæc legum: toto conamine, totis  
Viribus, & totâ dilige mente Deum.  
Incassum Domini nomen ne sumere tentes,  
Et Triadis cultu Sabbathi digna cole.

## SYMBOLUM 22.

Omnis masculus ter in anno apparebit coram  
Domino *Exod. 23.*

*Puta, in festo tabernaculorum, pascatis, pentecostes. Deut. 16. Ha-  
betur pro Symbolo Sanctiss. Trinit. apud S. Basilium in  
cap. i. Isa. ubi dicit: fidem Sanctiss. Trinitatis exigit Deus:  
nam ut ait Glossa: In Collecta frugum potentia Creatoris Pa-  
tris signatur; In pascate immolatur filius; In pentecoste da-  
tur spiritus.*

**S**Istetur Solymis quivis ter masculus aris,

Annua dum cælis effeda solis erunt.

(a) Prima dies summi solemnia Patris adumbrat,

(b) Al-